




**Rudimentorum Joannis Despau. e[a]ditio secunda, multo
q[uam] antehac emaculatus excusa.**

<https://hdl.handle.net/1874/422379>

6

10



R V.
DIMENTORVM

Ioannis Despau. editio
 secūda, multo q̄ ante
 hac emaculatus
 excusa .



COLONIAE APVD
 Ioannem Gymnicum .
 ANNO M. D. XXXII.



IOANNES DESPAUTERIVS⁴

magistro Ioanni Vineano Vuormhol-
tensi compatri suo chariss. S. D.

Conquesti sunt apud nos pleriq; in quorū et
tu albo Vineane doctissime, nondū puero-
rum rudimenta reperiri ulla pueris satis fa-
cilia, q̄d etiā in meis nonnulla deprehēdant gram-
maticæ uestibulū adeuntibus nimis ardua. Quo-
circa cū amicis cōplusculis me rogasti, ut rudimen-
ta secundo ederē, modo (si fieri posset) faciliorex
cogitato. Parūi amicorū uotis, hoc certe libentius,
q̄ sciuī priorem æditionē adhuc crudā fuisse præ-
cipitatā. Itaq; opusculū elucabraui tripartitum.
Prima pars minutissima quæq; cōtinet brevissime
Secunda uulgatiores latinitatis regulas cōplecti-
tur: quibus mediocriter cognitis, primā grāmari-
cæ nostri uel Alexandri &c. partem bonis auib; ad-
adulescentuli adeant. Tertia pars maiora quēdam
habet & firmiora, illuminatis iam paululum inge-
nijs. Vernaculum nusq̄ adieci, hanc puinciam præ-
ceptoribus relinquens, ut qui nō nostratibus solū
hoc opusculū scripsi, uerum etiam Gallis, Hispanis,
Anglis et cæteris. Adieci quæstiūculas fortassis nō
omnino aspernandas, de pœnitētia, cōfessione, pec-
catis, articulis fidei, & id genus reliqs, ut ab incūte
ærate sacris pueri imbuanī, citra q̄ uana sunt oīa.
Hanc ergo secundā rudimentorū æditionē, tuo no-
mini dicatā, qui puerorū doctor es diligētissimus,
boni cōsule, & meā apud Bergenses famam à De-
spauteriomastygibus uiriliter tuere, cū amico cō-
muni M. Ioanne Centipondio medico expertissi-
mo. Vale Cōminij. 4. Id. decēb. An. M. D. XIII.

P Artes grāmatices quot sunt? Quatuor,
 Quæ? Litera ut a: Syllaba ut pa: Dictione
 ut pater, oratio ut pater noster. Quid
 est littera? Minima ps uocis compositæ,
 quæ scribi potest indiuidua. Quot sunt
 literæ? Viginti duæ. Quæ? A b c d e f g i k l m n
 o p q r s t u x y z. Quare omittis h? Quia litera nõ
 est, sed aspirationis nota. Quare omittis &, æ &
 cætera? Quia literæ non sunt, sed syllabarum com
 pendia, siue abbreviationes. Quotuplex est littera?
 Duplex. Quomodo? Vocalis & consonans. Quid
 est uocalis? Quæ plenam per se uocem facit. Quot
 sunt uocales? Quinq;. Quæ? a e i o u, quibus addi
 tur y Græca. Quid est consonans? Litera quæ cum
 uocali sonat, ut b cum e. Quot sunt consonantes?
 Sedecim. Quæ? b c d f g k l m n p q r s t x z. Quid
 est syllaba? Literarum comprehensio sub unico
 spiritu, & aliquando una litera, ut aue. Quid est
 diphthōgus? Duarum uocalium in eadem syllaba
 uim suam retinentium complexio. Quot sunt di
 phthongi? Quatuor. Quæ? æ œ au eu, & paucis ei,
 ut Aeneas, cœna, audio, euge, hei. Pro æ & œ pro
 fertur nunc e. Quid est dictione? Minima pars ora
 tionis aliquid significans, ut homo. Quid est ora
 tio? Dictionum congrua ordinatio, ut homo al
 bus. Partes orationis quot sunt? Octo. Quæ? No
 men pronomen, uerbum, aduerbium, participiũ,
 coniunctio, præpositio, interiectio. Quot sunt
 partes orationis declinabiles? Quatuor. Quæ? No
 men, pronomen, uerbum, participium. Quot sunt
 partes orationis indeclinabiles? Quatuor. Quæ?

A ñ Aduer-

Aduerbium, coniunctio, præpositio, interiectio.

Poeta quæ pars orationis? Nomen. Quare? Quia significat substantiã cum qualitate propria uel cõmuni. Poeta quale nomen? Substantiuũ. Quare? Quia potest per se stare cum uerbo in sensu perfecto, ut poeta scribit. Albus quale nomen? Adiectiuum. Quare? Quia non potest per se stare cū uerbo in sensu perfecto, ut albus currit non dicitur, sed albus equus currit. Nomini quot accidunt? Sex. Quæ? Qualitas, comparatio, genus, numerus, figura, casus, quibus iungimus cum declinatione speciem. Poeta cuius qualitatis? Appellatiuæ. Quare? Quia nisi res desint, multorum nomen est in unica significatione. Roma cuius qualitatis? Propriæ. Quare? Quia in unica significatione unius nomen est. Quot sunt qualitates in nomine? Duæ. Quæ? Propria & appellatiua. Poeta comparatur? Non. Quare? Quia eius significatio augeri uel minui nequit in comparando. Albus comparatur? Ita. Quare? Quia eius significatio potest augeri uel minui in cõparando, ut albus albior albissimus. Poeta cuius gradus comparationis? Nullius. Quare? Quia nullum substantiuum comparatur. Albus cuius gradus comparationis? Positiui. Quare? Quia significat rem suam sine excessu. Albior, cuius gradus comparationis? Comparatiui. Quare? Quia significat rem suam cum excessu nõ summo. Albissimus cuius gradus comparationis? Superlatiui. Quare? Quia significat rem cum excessu summo. Comparationis gradus quot sunt? Tres. Qui? Positiuus
ut do-

ut doctus: Cōparatiuus, ut doctior. Superlatiuus
 ut doctissimus. Poeta cuius generis? Masculini.
 Quare? Quia declinatur cum hic, ut hic poeta.
 Musa cui⁹ generis? Fæminini. Quare? Quia decli-
 natur cum hæc, ut nominatiuo hæc musa. Tem-
 plum cuius generis? Neutri. Quare? Quia decli-
 natur cum hoc, ut nominatiuo hoc templum.
 Parens cuius generis? Communis. Quare? Quia
 declinatur cum hic & hæc, ut nominatiuo hic &
 hæc parens. Felix cuius generis? Omnis. Quare?
 Quia declinatur cum hic & hæc & hoc, ut hic &
 hæc & hoc felix. Passer cuius generis? Epicœni.
 Quare? Quia sub uno articulo masculinum et femel-
 lam significat, ut hic passer. Dies cuius generis?
 Dubij. Quare? Quia pro eadem re in uario gene-
 re reperitur, ut hic et hæc dies. Genera nominum
 quot sunt? Septē. Quæ? Masculinum, fæmininū,
 neutrum, commune, omne, epicœnum et dubium.
 Poeta cuius numeri? Singularis. Quare? Quia sin-
 gulariter profertur. Poetæ cuius numeri? Plura-
 lis. Quare? Quia pluraliter profertur. Quot sunt
 numeri in nomine? Duo. Qui? Singularis, ut hic
 magister. Pluralis ut hi magistri. Poeta cuius fi-
 guræ. Simplicis. Quare? Quia nequit diuidi in
 duas partes uel plures intelligibiles, prioris sen-
 sus capaces. Respublica, cuius figuræ. Composite.
 Quare? Quia potest diuidi in duas partes uel in
 plures intelligibiles, prioris sensus capaces, ut in
 res & publica. Figuræ nominum quot sunt. Duæ.
 Quæ? Simplex ut decens, potens. Composita, ut in-
 decens, impotens. Poeta cuius casus. Nominatiui.

Quare? Quia in eo casu declinando reperitur, ut
 nominatiuo hic poeta. Quot sunt casus in nomi-
 ne? Sex. Qui? Nominatiuus, genitiuus, datiuus, accusa-
 tiuus, uocatiuus, ablatiuus. Poeta quotę declinatio-
 nis? Primę. Quare? Quia eius genitiuus cum dati-
 uo desinit in æ diphthongõ, ut poeta, poetę, poetę.
 Dominus quotę declinationis. Secundę. Quare?
 Quia eius genitiuus desinit in i & datiuus in o, ut
 dominus, domini domino. Homo quotę decli-
 nationis? Tertię. Quare? Quia eius genitiuus de-
 sinit in is, & datiuus in i, ut homo, hominis, homi-
 ni. Manus quotę declinationis? Quartę. Quare?
 Quia eius genitiuus desinit in us, & datiuus in ui,
 ut Manus, manus, manui. Species, quotę declina-
 tionis? Quintę. Quare? Quia eius genitiuus desini-
 nit in ei, & datiuus in ei, ut species, speciei, speciei.
 Quot sunt declinatiões nominum? Quinq;. Quę?
 Prima, secunda, tertia, quarta, quinta. Declina poe-
 ta: Nominatiuo hic poeta, Genitiuo huius poetę,
 Datiuo huic poetę, Accusatiuo hunc poetam, Vo-
 catiuo ò poeta, Ablatiuo ab hoc poeta. Et plurali-
 ter, Nominatiuo hi poetę, Genitiuo horum poe-
 tarum, Datiuo his poetis, Accusatiuo hos poetas,
 Vocatiuo ò poetę, Ablatiuo ab his poetis. Poeta
 cuius speciei? Deriuatiuę. Quare? Quia deriuatur
 ab alio. à quo? à ποιῶ, id est, facio, creo. Quia poe-
 ta est factor carminum.

Res cuius speciei? Primitiuę. Quare? Quia à
 nullo deriuat. Quot sunt species in nomine? Duę,
 Quę? Primitiua & deriuatiua. Poeta quotę per-
 sonę? Tertię. Quare? Quia significat rem de qua
 fit

fit sermo. Nam omne nomen, omne pronomen,
omne participium est tertiæ personæ, præter ego
cum casibus suis quod est primæ personæ, & tu
cum suis casibus, quod cum omni uocatiuo est se-
cundæ personæ.

EGO, quæ pars orationis? Pronomē. Quare?
Quia loco proprii nominis ponitur, et certā
significat personam. Quot sunt pronomia?
Quindecim. Quæ? Ego, Tu, Sui, Ille, Ipse, Iste, Hic,
Is, Meus, Tuus, Suus, Noster, Vester, Nostras, Ve-
stras. Ego quale pronomen? Demonstratiuum.
Quare? Quia per ipsum aliquid demonstramus.
Quot sunt pronomina demonstratiua? Decem.
Quæ? Ego, tu, hic, iste, meus, tuus, noster, uester,
nostras, uestras. Quale pronomen est is? Rela-
tiuum. Quare? Quia per ipsum aliquid referimus,
ut diligo Ioannem & filium eius. Quot sunt pro-
nomina relatiua? Quatuor. Quæ? Is, suus, ipse, sui.
Ille refert & monstrat, ut hic aliquando. Prono-
mini quot accidunt? Sex. Quæ? Species, genus, nu-
merus, figura, persona, casus, cum declinatione.
Ego, cuius speciei? Primitiuæ. Quare? Quia à nul-
lo deriuatur. Quot sunt pronomina primitiuæ spe-
ciei? Octo. Quæ? Ego, tu, sui, ille, ipse, iste, hic, is,
Meus cuius speciei? Deriuatiuæ. Quare? Quia de-
riuat ab alio. à quo? à genitiuo mei. Quot sunt
pronomina deriuatiuæ speciei? Septem. Quæ? Me-
us, tuus, suus, noster, uester, nostras, uestras.
Quot sunt species in pronomine? Duæ. Quæ? Pri-
mitiua & deriuatiua. Ego cuius generis? Omnis.
Quare? Quia omni generi conuenit, ut ego uir,

ego fœmina, ego animal. Quot sunt pronomi-
na omnis generis? Quinque. Quæ? Ego, tu, sui, no-
stras, uestras. Ille cuius generis? Masculini. Qua-
re? Quia masculino generi conuenit, ut ille puer.
Illa cuius generis? Fœminini. Quare? Quia fœmi-
nino generi conuenit, ut illa fœmina. Illud cuius
generis? Neutri. Quare? Quia neutro generi cõe-
nit, ut illud templum. Genera pronominum quot
sunt. Quatuor. Quæ. Masculinũ, fœmininũ, neu-
trũ, omne. Ego cuius numeri. Singularis. Nos cu-
ius nũeri. pluralis, Ego cuius fi guræ. Simplicis. E-
gomet cuius figuræ. Compositæ. Ego quotæ per-
sonæ. Primæ. Quare? Quia significat rem de se lo-
quentem. Quot sunt pronomina primæ personæ.
Vnum. Quod. Ego, mei uel mis &c. Tu quæ per-
sonæ. Secundæ. Quare? Quia significat rem ad quã
fit sermo. Quot sunt pronomina secundæ personæ.
Vnum. Quod. Tu, tui uel tis, cum omni uocatiuo.
Ille quæ personæ. Tertiæ. Quare? Quia significat
rẽ de qua fit sermo. Quot sunt pronomina tertiæ
personæ? Reliqua omnia. Personæ pronominũ quot
sunt. Tres. Quæ. Prima, secunda, tertia. Ego cuius
casus? Nominatiui. Quare? Quia in eo casu decli-
nando reperitur. Ego quæ declinationis. Primæ.
Quare? Quia eius genitiuus desinit in i, datiuus in
i, ut ego mei mihi. Quot sunt pronomina primæ de-
clinationis? Tria. Quæ? Ego tu sui. Ille quæ decli-
nationis? Secundæ. Quare? Quia eius genitiuus de-
sinit in ius syllabas, uel in ius syllabam, ut ille illi-
us, hic huius. Quot sunt pronomina secundæ de-
clinationis? Quinque. Quæ? Ille, Ipse, Iste, Hic, Is,
cum

cum idem. Meus quotæ declinatiōis? Tertiæ. Quare? Quia eius genitiuus definit in i, uel in e, & datiuus in o, uel in e, ut Me⁹ mei meo, mea meę meę. Quot sunt pronomina tertiæ declinatiōis? Quinq;. Quæ? Meus, tuus, suus, noster, uester. Nostras quotæ declinationis? Quartæ. Quare? Quia eius genitiuus definit in atis, & Datiuus in ati, ut nostras nostratis nostrati. Quot sunt pronomina quartæ declinationis? Duo. Quæ? Nostras & uestras. Quot sunt declinationes pronominum? Quatuor. Quæ? Prima, secunda, tertia, quarta. Declina ego: Personæ primę, generis omnis: Ego mei uel mis mihi & cętera.

Amo quæ pars orationis? Verbum. Quare? Quia est pars orationis cum tempore et persona, sine casu, aut agere aliquid, aut pati, aut neutrum significans. Agere, ut uerbero. Pati, ut uerberor. Neutrum, ut sum. Amo quale uerbum? Personale. Quare? Quia nisi sit defectiuum, per tres distinctas personas in utroq; numero coniugatur, ut Amo amas amat &c. Oportet quale uerbum? Impersonale. Quare? Quia cum sit plenum, coniugatur solum per uocem similem tertiæ personæ singularis numeri, ut Oportet, oportebat, oportuit &c. Quotplex est uerbum? Duplex. Quomō? Personale & impersonale. Oportet, quale impersonale? Actiuę uocis. Quare? Quia in t definit, & teutonice dicitur per eth (gallice per il) ut oportet eth moet (il fault) Amat, quale impersonale? Passiuę uocis. Quare? Quia in tur definit, & teutonice dicitur per men (gallice per on)

A V ut a

ut amatur, men lieff heiff (on ayme) Quotuplex
est impersonale? Duplex. Quomō? Actiuæ uocis
& passiuæ uocis. Verbo quot accidunt? Septem.
Quæ? Qualitas, coniugatio, genus, numerus, figu-
ra, tempus, persona. Amo cuius qualitatis? Qua-
litas uerbi est in modis & in formis. Amo cuius
modi? Indicatiui. Quare? Quia per ipsum aliquid
indicamus, ut amo scientiam. Ama cuius modi?
Imperatiui. Quare? Quia per ipsum aliquid im-
peramus, ut parentes ama. Amarem cuius modi?
Opratiui. Quare? Quia per ipsum aliquid opta-
mus, ut utinam deum amares. Amauerim cuius
modi? Coniunctiui. Quare? Quia ipsi alterum
uerbum coniungimus, ut si me amaueris, reda-
maberis. Amare cuius modi? Infinitiui. Quare?
Quia neque numerum neque personam finit, id est,
per se recipit. Quot sunt modi in uerbo? Quin-
que. Quæ? Indicatiuus, Imperatiuus, Opratiuus,
Coniunctiuus, Infinitiuus. Amo cuius formæ?
Perfectæ. Quare? Quia à nullo deriuatur. Esu-
rio, cuius formæ? Meditatiuæ. Quare? Quia cum
primitiuo significat meditari, siue potius deside-
rare, ut esurio, cupio esse. Dicturio, cupio dicere.
Semper terminatur in urio, & est quartæ coniu-
gationis. Lectito, cuius formæ? Frequentatiuæ.
Quare? Quia cum primitiuo significat frequen-
ter, ut lectito, id est, frequenter lego. Curro, fre-
quenter curro. Semper in to, uel in so, uel xo, ut
nexo, & sunt primæ coniugationis. Calesco cui-
us formæ? Inchoatiuæ. Quare? Quia cum primi-
tiuo augmenti inchoationem significat, ut cale-
sco

ſco, id eſt, incipio magis calere quàm calui. Sem-
per in ſco, & ſunt tertie coniugationis, ut tepesco,
ſordesco. Forme uerborum quot ſunt? Quatuor.
Quæ? Perfecta ut lego. Meditatiua, ut eſurio.
Frequentatiua, ut lectito. Inchoatiua, ut ferueſco
caleſco. Amo, quotę coniugationis? Prime. Qua-
re? Quia habet longum *ā* ante re uel ri in infini-
tiuo, ut amo amare, amor amari. Excipitur, Do-
dare, quia *ā* correptum habet. Doceo, quotę
coniugationis? Secundę. Quare? Quia habet *ē* lon-
gum ante re, uel ri in infinitiuo, ut doceo docere,
doceor doceri, miſereor miſereri. Lego, quotę
coniugationis? Tertie. Quare? Quia habet *ē* bre-
ue ante re in infinitiuo, uel ante ris in indicatiuo,
ut lego legere, legor legeris, loquor loqueris.
Audio, quotę coniugationis? Quartę. Quare?
Quia habet *ī* longum ante re uel ri in infinitiuo,
ut audio audire, audior audiri, metior metiri.
Coniugationes uerborum quot ſunt? Quatuor.
Quæ? Prima, ſecunda, tertia, quarta. Amo, cuius
generis? Actiui. Quare? Quia deſinit in o, & acce-
pta r litera facit ex ſe paſſiuum, ut amo amor, le-
go legor. Amor cuius generis? Paſſiue. Quare?
Quia in r deſinit, & ea dempta redit in actiuum,
ut amor amo. Sedeo cuius generis? Neutri. Qua-
re? Quia in o deſinit, et accepta r latinum non eſt:
Nam ſedeor non dicitur. Loquor cuius gene-
ris? Deponentis. Quare? Quia in r deſinit, & ea
dempta latinum non eſt: Nam loquo non dicitur.
Largior, cuius generis? Communis. Quare? Quia
deſinit in r, & ea dempta, latinum nō eſt, & habet
utrang

utranque significationem actiuam, & passiuam,
 ut largior te, largior à te. Da communia: Vulga-
 tiora sunt hæc: Largior, experior, ueneror, moror,
 osculor, hortor, criminor, amplector, interpretor
 hospitor. Quot sunt gña uerborum? Quinq;. Quæ?
 Actiuum, passiuum, neutrum, deponens, commu-
 ne. Amo cuius numeri? Pluralis. Amo cuius fi-
 guræ? Simplicis. Adamo cuius figuræ? Cōpositæ.
 Amo, cuius temporis? Præsentis, Quare? Quia re-
 nunc esse uel fieri significat. Amaui cuius tem-
 poris? Præteriti, Quare? Quia rem præterisse si-
 gnificat, sic, Amabam & amaueram. Amabo,
 cuius temporis? Futuri, Quare? Quia rem futu-
 ram esse significat. Quot sunt tempora in uerbo.
 Tria. Quæ? Præsens præteritum & futurum. Amo,
 quotæ personæ? Primæ. Quare? Quia attribuit rei
 de se loquenti, ut ego amo. Amas, quotæ personæ?
 Secundæ. Quare? Quia attribuitur rei ad quam
 fit sermo, ut tu amas. Amat quotæ personæ? Ter-
 tiæ. Quare? Quia attribuitur rei de qua fit sermo,
 ut Petrus amat. Quot sunt personæ in uerbo?
 Tres. Quæ? Prima, ut lego. Secunda, ut legis. Ter-
 tia ut legit.

Hodie quæ pars oratiōis? Aduerbiū. Qua-
 re? Quia est pars oratiōis, quæ adiecta uer-
 bo, significationem eius explanat, atq; im-
 plet. Aduerbio quot accidunt. Tria. Quæ? Signi-
 ficatio, comparatio, & figura cum specie. Hodie,
 cuius significationis? Temporis. Quare? Quia
 per ipsam tempus significamus. Significationes
 aduerbiorum quot sunt? Penè innumere, ut loci
 tem-

temporis &c. Hodie cuius gradus comparationis. Nullius. Quare? Quia eius significatio nequit augeri uel minui in comparando. Docte, cuius gradus comparationis? Positiui. Doctius, comparatiui. Doctissime superlatiui. Hodie, cuius figuræ? Compositæ. Quare? Quia ex hoc & dic. Nunc, cuius figuræ? Simplicis. Hodie, cuius speciei? Deriuatiuæ. Nunc, cuius speciei? Primitiuæ.

A Mans quæ pars orationis? Participium. Quare? Quia est pars orationis, partem capiens nominis, partemq; uerbi. Quid recipit à nomine? Genera & casus. Quid à uerbo? Tēpora & significationes. Quid ab utroq;? Numerum & figurā. Participio quot accidunt? Sex. Quæ? Genus, casus, tempus, significatio, numerus, figura. Amans cuius generis? Omnis, ut omne participiū in ans & ens. Amatus cuius generis? Masculini. Amata fœminini. Amatum neutri. Amās cuius casus? Nominatiui. Amans quotq; declinationis? Tertiæ. Quot sunt declinationes in participio? Tres. Nam omnia in ans & in ens, sunt tertie declinationis nominis. Omnia in us & in um secundæ & fœminina in a primæ. Amās cuius tēporis? Præsens. Quare? Quia desinit in ans uel in ens, legens. Amatus cuius tēporis? Præteriti. Quare? Quia desinit in tus, sus, xus, uel uus, ut lectus, lectus, nexus, mortuus. Amaturus, cuius tēporis? Futuri. Quare? Quia desinit in rus uel in dus, ut lecturus, legendus &c. Amans cuius significationis? Actiuæ. Quare? Quia à uerbo actiuo descendit. A quo? Ab Amo. Amatus, cuius significationis?

nis? Passiuæ. Quare? Quia à uerbo passiuo descendit. A quo? Ab Amor. Stans cuius significationis? Neutræ. Quare? Quia à neutro uerbo descendit. A quo? à sto. Loquens cuius significationis? Deponentis. Quare? Quia à deponenti uerbo descendit. à quo? à loquor. Osculans cuius significationis? Communis. Quare? Quia à cōmuni uerbo descendit. A quo? Ab osculor. Significationes participiorum quot sunt? Quinq;. Quæ? Actiua, passiuua, neutra, deponens, communis. Ab actiuo quot? Duo &c. Amans cuius speciei? Deriuatiuæ, ut omne participium, quia deriuatur à uerbo. Amans, cuius numeri? Singularis. Amantes, cuius numeri? Pluralis. Amans cuius figure? Simplicis. Adamans, cuius figuræ? Compositæ. Vnde componitur? Ex ad & amans.

ET quæ pars orationis? Coniunctio. Quare? Quia est pars orationis annectēs ordināsque sententiam. Coniunctioni quot accidunt? Tria. Quæ? potestas, figura & ordo. Et cuius potestatis? Copulatiuæ. Quare? Quia tam sensum quam dictiones coniungit. Vel, cuius potestatis? Disiunctiuę. Quare? Quia dictiones connectens, sensum disiungit. Quidem, cuius potestatis? Expletiuę. Quare? Quia explet & explanat sensum. Nam cuius potestatis? Causalis. Quare? Quia causam rei demonstrat. Ergo cuius potestatis? Rationalis. Quare? Quia rationem rei demonstrat. Potestas coniunctionum quot species habet? Quinq;. Quas? Copulatiuas, disiunctiuas, expletiuas, causales, rationales. Da copulatiuas &c.
Et,

Et cuius figure? Simplicis. Atque cuius figure?
Compositæ. Vnde componitur? Ex at, & que.
Et cuius ordinis? Prepositiui. Quare? Quia præ-
ponit dictioni uel orationi quam copulat, ut de-
us & homo. Quot sunt coniunctiones præposi-
tiui ordinis? Sedecim. Quæ? Et, at, ast, ac, aut,
uel, nec, neque, quando, quatenus, si, seu, siue, ne,
ue, ni, sed. Autem cuius ordinis? Subiunctiui.
Quare? Quia postponitur dictioni uel orationi
quam coniungit, ut tu autem. Quot sunt con-
iunctiones subiunctiui ordinis? Octo. Quæ? que,
ue, ne, quoque, autem, quidem, uero, enim.

Igitur cuius ordinis? Communis. Quare? Quia
tam præponi quam postponi potest. Quot sunt
coniunctiones communis ordinis? Reliquæ omnes.

Ordines coniunctionis quot sunt? Tres. Qui?
Prepositiui, subiunctiui, communis.

AD quæ pars orationis? Prepositio. Quare?
Quia est pars orationis quæ præposita alijs
partibus in oratione, significationem ear-
um aut complet, aut mutat, aut minuit, ut perdo-
ctus, indoctus, subtristis. Prepositioni quot acci-
dunt? Vnum. Quid? casus tatum. Quot casus?
Duo. Qui? Accusatiui & ablatiui. Ad, cuius
casus. Accusatiui. Quare? Quia accusatiuo seruit,
ut ad patrem. Quot sunt prepositiones accusati-
ui casus. Triginta, & uersus. Quæ. Ad, apud, an-
te, & cetera.

A, cuius casus? Ablatiui. Quare? Quia ablati-
uo casui seruit, ut à domo. Quot sunt prepositio-
nes ablatiui casus? Quindecim. Quæ? A, ab, abs
& cetera.

& cetera. In cuius casus? Vtriusque. Quare? Quia utriusque casui seruit, accusatiuo & ablatiuo, ut eo in forum, sum in cubiculo.

Quot sunt præpositiones utriusque casus? Quatuor. Quæ. In, sub, super, & subter. Quando accusatiuo seruiunt? Quando nos uel quoslibet. &c.

Con, qualis præpositio. Inseparabilis. Quare? Quia à compositione non separatur.

Quot sunt præpositiones inseparabiles. Septem. Quæ? di dis se re am co con, ut diduco, distrahio, recipio, secubo, amplector, cohæreo, congregior.

Abs simplicis figure est, absque compositæ.

HEV quæ pars orationis? Interiectio. Quare? Quia est pars orationis significans mentis affectum uoce incognita. Interiectionum quot accidunt. Vnum. Quid. Significatio tantum. Quot sunt significationes interiectionum? Penè innumeræ, ut gaudentis, dolentis &c. Heu cuius significationis. Dolentis. Quare? Quia dolorem per ipsum indicamus. Da dolentis, ut heu, hei, ah. Da gaudentis, ut euax oh. Da admirantis, ut pape. Da timentis, ut attat. &c.

S E C V N D A P A R S H V-
ius opusculi, Latinitatis regulas uulgatiores breuissime complectens.

DEVS sanctus, est ne oratio bene latina? Etiã: Quare? Quia adiectiuum & substantiuum cõcordant in genere, nũero, et casu. Delara: De^o est substantiuum, & sanctus est adiectiuum, generis masculini, numeri singularis, casus nominatiui.

natiui. Sic pater meus, doctus magister, liber lectus, casta uirgo, pia mater, durum caput. Quotuplex est adiectiuum? Triplex. Nomen, ut bonus: Pronomen ut meus: participium ut lectus.

Ego miser, est oratio latīa? Est. Quare? Quia demonstratiuum, & res demonstrata, concordant in genere, numero, casu. Declara: Ego est demonstratiuum, & miser res demonstrata, generis masculini, numeri singularis, casus nominatiui.

Deus uiuit quem adoramus, est oratio congrua? Etiam. Quare? Quia relatiuū & antecedēs concordāt in genere, numero, persona. Declara: Deus est antecedens, & quem relatiuum generis masculini, numeri singularis, personæ tertiæ. De quibus relatiuis intelligitur regula? Solum de qui quæ quod is ipse hic ille. Qui & ipse sunt omnis personæ.

Quem queritis? Iesum Nazarenum, est oratio congrua? Est. Quare? Quia interrogatiuū & responsiuum concordant in casu. Declara: Quem est interrogatiuū, & Iesum Nazarenum responsiuum, utrunq; accusatiui casus.

Doctior illo, est oratio Latina? Est. Quare? Quia comparatiu⁹ habet ablatiuum. Declara: doctior est comparatiuus, & illo est ablatiuus. Sic clarior sole, nigrior pice &c. Hic casus declaratur per quā, alioquin genitiuus daretur, ut fortior manuum est dextra.

Optimus plebis, dicitur ne latine? Dicitur. Quare? Quia superlatiuus genitiuum habet,

B bet,

bet, uel singularem nominis collectiui, uel i. pluralē
nominis non collectiui, ut doctissimus poet. rum.
Declara: Optimus est superlatiuus, & plebis g. ni-
tius nominis collectiui plebs. Collectiua sunt.
populus, turba, exercitus, grex &c.

V Rbs Roma, est oratio latina? Ita. Quare?
Quia quoties duo nomina substantiua ad
eandem rem pertinentia, sine coniunctio-
ne in oratione conueniunt, eiusdem erunt casus.
Declara: Vrbs Roma sunt eiusmodi nomina, am-
bo nominatiui aut uocatiui casus. Sic, Pontius Pila-
rus, Magister Ioannes. &c.

L Iber magistri, est oratio congrua? Est. Qua-
re? Quia quoties duo nomina substantiua
ad diuersa pertinentia, sine coniunctione cō-
ueniunt, alterum erit genitiui casus. Declara: Li-
ber magistri sunt eiusmodi nomina, & magistri
est genitiui casus. Sic, crista galli, custos templi, pu-
dor uirginis.

Ego sum, est oratio bona? Est enim. Quare?
Quia omne uerbum personale finiti modi,
nult ante se nominatiuum eiusdem numeri
& personæ. Declara: Sum est uerbum personale,
finiti modi, & ego nominatiuus, utrunq; est nume-
ri singularis, primæ personæ. Sic ego canto, tu plo-
ras, lusor iurat, nos flemus, uos ridetis, ranæ coa-
xant. Qui sunt modi finiti? Indicatiuus, imperati-
uus, optatiuus, & coniunctiuus.

L Ego, dicitur ne latine? Quid ni. Quare?
Quia in omni uerbo primæ uel secundæ per-
sonæ aliquando etiam in uerbo tertie per-
sonæ,

sonæ subauditur nominatiuus. Declara: Lego est uerbum primæ personæ, in quo subauditur nominatiuus ego. Sic, respice finem, uitemus peccatum, pluit, aiunt. &c.

Vocor Conradus, est ne latine dictum? Est. Quare? Quia omne uerbum substantiuum omne uerbum uocatiuum & omne uerbū uim eorum habens, regit post se nominatiuum, ut sum bonus, appello Antonius. Quis uocaris? Crederis diues. Declara: Vocor est uerbum uocatiuum, & habet post se nominatiuum Conradus. Quid est uerbum uocatiuum? Quod nomen rei passiuè indicat. Quot sunt uerba uocatiua? Quinque. Quæ? Nuncupor, appello, nominor, dico, uocor. Quid est uerbum substantiuum? per quod alia uerba declarantur aut coniugantur. Quot sunt uerba substantiua? Vnum. Quod? Sum. Oīa alia solent uocari adiectiua, quia substantiui significato aliquid adiungunt, ut amo, id est sum amās. Da horum uim habētia: Fio, euado, existo, uenio, uideor, iudicor, cognominor, inscribor &c. Ut fio doctus, uideor tibi stultus &c.

ME legere est oratio cōgrua? Etiam. Quare? Quia infinitiuus uerbi personalis, habet ante se accusatiuum. Declara: Legere est infinitiuus huius uerbi personalis lego, & habet ante se accusatiuum me.

Volo legere, est oratio cōgrua? Etiam. Quæ est ratio? Quia quoties duo uerba sine coniunctione cōueniunt alterum erit infinitiui modi. Declara: Volo legere sunt duo uerba sine

coniunctione, quorum legere est infinitiui modi.

Amo deum est oratio latina? Ita. Quare? Quia omne uerbum actiuum cuiuscunq; generis, regit post se accusatiuum. Declara: Amo est uerbum actiuum & habet post se accusatiuum deum. Sic aro terram, loquor uerbum, furor aurum, osculor matrem. Hic accusatiuus in oratione passiuua fit nominatiuus, ut amo te, tu amaris à me.

Amor à deo, est oratio congrua? Est. Quare? Quia omne uerbum passiuum cuiuscunq; generis, regit post se ablatiuum cum præpositione à uel abs. Declara: Amor est uerbum passiuum, et habet post se ablatiuum deo, cum præpositione à. Sic, uapulo à præceptore, osculor à matre, diligor à fratre &c.

Studeo grammaticæ, est ne locutio apta? Etiam. Quare? Quia omne uerbum acquisitiue positum, regit post se datiuum. Declara: Studeo est uerbum acquisitiue positum, & habet post se datiuum grammaticæ. Sic, medeor uulneri, assum lectioni, faueo iusto &c.

Do tibi panem, est oratio congrua? Maxime. Quare? Quia omne uerbum actiuum, acquisitiue positum, cupit post se accusatiuum, ut hic panem, cum datiuo tibi. Sic, gratias agimus domino. Scribo tibi epistolam &c. Accusatiuus fit nominatiuus in passiuua locutiõe, dñs manet, ut do tibi panē, panis datur tibi à me &c.

Ieiunauit biduum, est oratio congrua? Etiam. Quare? Quia omne uerbum ubi quæstio fieret
per

per quandiu, petit post se accusatiuum uel ablati-
uum temporis. Declara: Hic quaestio fieret p qua
diu, ut quandiu ieiunasti? Respondetur, ieiunau
biduum, uel biduo, in accusatiuo uel ablatiuo. Sic
studui Louanij duos annos, uel duobus annis. Na
uigau duas hebdomadas, uel duabus hebdoma-
dibus &c. Cur dixisti per quandiu? Quia ad quan-
do, solus ablatiuus respondetur, ut quando ueni-
sti? Hora tertia.

A Mans deum est oratio latina? Etiam. Qua-
re? Quia omne participiū, cum gerundio,
& supino in um, petit post se casum sui uer-
bi. Declara: Amans est participium ab amo, & ha-
bet post se accusatiuum deum, ut amo. Sic studens
musicę, amatus à deo, uenio lectum historiam, tē-
pus est canendi hymnum.

V Ado scriptum, est ne bona latinitas? Est p
fecto. Cur? Nam prius supinum petit uer-
bum motus ad locum. Declara: Scriptum
est prius supinum, & habet ante se uerbum mor^o,
quod est uado.

R Arum inuentu, est ne eleganter dictū? Eti-
am. Quare? Quia supinum in u eleganter
iungitur adiectiuo, ut facile dictu, turpe re-
latu, id est, ad referendum &c.

S tudui Louanij, est oratio bene latina? Etiam.
Quare? Quia propria oppidorū & pagorum
primæ & secundæ declinationis, singularis nu-
meri, cum appellatiuis, domi, belli, humi, militiæ,
ponitur p aduerbijs loci in genitiuo, ubi quaestio
fieret per ubi. Declara: Hic quaereretur per ubi,

ubi studuisti? & Louanium est nomen oppidi fecundæ declinationis, & singularis numeri, ideo in genitiuo dicitur, studui Louanij. Sic: sum Romæ, cæno domi, iaceo humi.

Natus Athenis, est oratio congrua? Etiam. Quare? Quia propria oppidorum & pagorum pluralis numeri, uel tertiæ declinationis, cum datiuo ruri, ponuntur pro aduerbijs in datiuo, & aliquando in ablatiuo, ubi quæstio fieret per ubi. Declara: Hic per ubi quæreretur, ubi natus est Conradus? & Athenæ est nomen oppidi pluralis numeri, ergo in datiuo uel ablatiuo dicitur, natus Athenis. Sic habito Hierosolymis, Studeo Tiburi, Terentius est natus Carthagini, Contineo me ruri &c.

Vado Romam, est oratio congrua? Etiam. Quare? Quia propria oppidorum & pagorum ponuntur sine præpositione in accusatiuo, cum ablatiuis rus & domus, ubi quæstio fieret per quo. Declara: Hic quæreretur quæ uadis? & Roma est nomen oppidi, ergo per accusatiuum dicitur, uado Romam. Sic, eo Gandauum, nauigo Antuerpiam, uenio domum, ambulo rus.

Venio Roma, dicitur ne congrua? Etiam. Quare? Quia propria oppidorum & pagorum ponuntur in ablatiuo sine præpositione, ubi quæstio fieret per unde uel qua, cum ablatiuis domo uel rure. Declara: Hic per unde quæreretur, unde uenis? & Roma est nomen oppidi, ergo in ablatiuo dicitur, uenio Roma, Gandauo, rure, domo. Quæ ibis Gandauum? Dortraco.

Vbi

Vbi in quo loco.
Quò ad quem locum.

id est.

Vnde, de quo loco.
Qua, per quem locum.

Inuenies præpositionem aliquando additam, ut sum in domo. Vado ad Romam, uenio de Roma &c. sed multo sapius omittunt.

O Melibœe, est oratio latina? Ira. Quare? Quia aduerbiū ō habet uocatiuū. Sic, heus, ut heus bone uir.

O Ceulo caute, est oratio congrua? Etiam. Quare? Quia aduerbium adiacet suo uerbo in bono sensu. Declara: Cautè est aduerbium, & adiacet huic uerbo oculo. Sic, canto suauiter, aspicio crudeliter, incedo honeste, uiuo caste, iaculor longe &c.

Parum uini est locutio apta? Etiam. Quare? Quia nonnulla aduerbia loci, temporis, & quantitatis, ornate regūt genitiuum. Declara: Parū est aduerbiū quantitatis, & habet genitiuum, uini. Sic, eò loci, huccine rerum, eò superbiæ, nusquam terrarum, tūc temporis, pridie paschæ, postridie nuptiarum, satis pecuniæ, modicū uini, ab unde ingenij &c.

Vir & uxor, est oratio latina? Est. Quare? Quia coniunctio habet similes casus sine diuerso regimine. Declara: Et est coniunctio, & habet nomiatiuos, uir, uxor. Cur dixisti sine diuerso regimine? Quia sic non necessario ponentur in eodem casu, ut liber meus et Conradi: Emi

B iij duc-

ducato & pluris. Idem contingit in interrogati-
uo & responsiuo, ut cuius est penna? Mea. Quanti
emisti? Ducato.

Vir & uxor litigant, nonne bene dicit? Bene
dicitur. Quare? Quia copulata per coniun-
ctionē copulatiuā, æqpollēt uni plurali. De
clara: Vir & uxor sunt copulata per coniūctionē,
& copulatiuam, & æquipollent uni plurali, quia
apponitur uerbum pluralis numeri, litigant.

Ad patrem, est ne eleganter dictū? Etiam.
Quare? Quia ad præpositio, accusatiui ca-
sus, habet post se accusatiuum patrem.

Adomo, est oratio bene latina? Etiā. Qua-
re? Quia, à, præpositio ablatiui casus, habet
post se ablatiuum, domo.

Hei mihi est oratio cōgrua? Etiam. Quare?
Quia hei & uah capiūt datiuum, ut hei mi-
fero mihi, uah, oh: O, heu, & prò, uolunt
nominatiuum, accusatiuum, & uocatiuum, ut heu
me miserum. Heu prisca fides, ò fortunati, ò no-
bilem animum, ò fortunatos nimium (bona si sua
norint) agricolas, Prò summe Iupiter, Prò deū
atq; hominum fidem.

TERTIA HVIVS OPVSCVLI

pars continens paulo maiora &
difficiliora pro ante dicta
intelligentibns.

V A M artem profiteris? Grammati-
cam: Quid est grāmatica? Ars recte
scribendi recteque loquendi. Quot
sunt partes grammaicæ? Quatuor.

Q

Quæ?

Quæ? Litera, syllaba, dictio, & oratio. Vnde dicitur litera? à litura, quam patitur plerunque. Literæ quot accidunt? Tria. **Quæ?** Nomen quo appellatur. **Figura,** qua depingitur. **Potestas,** qua ualet. **Habent ne literæ aliud nomen?** Habent. **Quod?** Elementum. **Quare?** Nam ut ex terra, aqua, aëre, igne, corpus conflat, ita ex literis syllabæ dictionesq; constant. **Differunt ne aliquid, litera & elementum?** Etiam, si pprie loquamur: nam litera scribitur, elementum pfertur, sed differentia raro obseruatur. **Quotuplex est litera?** Duplex. **Vocalis & consonans.** **Quot uocales sunt aliquando consonantes?** Duæ. **Quæ?** i & u. **Quando?** Dum præponuntur uocali in eadem syllaba, ut ianua, ieiunus, iecur, adiçio, iocus, Iuno, ueritas, uita, uolo uult. **Fit id semper?** Minime. **Vbi non?** In Græcis & Hebræis i, solum est uocalis, ut Iesus, Iesse, Iäson. **Quotuplex est cōsonans?** Duplex. **Quomodo?** Muta & semiuocalis. **Quot sunt mutæ?** Nouem. **Quæ?** b c d f g k p q t. **Quare dicuntur mutæ?** Quia respectu aliarum parum sonant. **Quot sunt semiuocales?** Septem. **Quæ?** l m n r s x z. **Quare dicuntur semiuocales?** Quia plenam uocem non habent ut uocales, & clarius sonant quàm mutæ. **Quot sunt liquidæ?** Duæ. **Quæ?** l & r, olim etiam m & n. **Quare dicuntur liquidæ?** Quia postpositæ mutis sinunt præcedentem uocalem corripere, tanquam liqueant, & consonantiū uim perdant, ut pharetra, uolucris. **Quot sunt duplices?** Duæ. **Quæ?** x & z. **Quare dicuntur duplices?** Quia duarum literarum loco ponuntur,

ut x p c s aut g s, ut pax, grex: z pro s, ut patrizo
pro patrisso. Syllaba quid est, & caetera. Vnde dici-
tur syllaba: ἀ συλλαμβάνειν, id est, comprehendere.
quia syllaba est literarum comprehensio, ideo sola
uocalis improprie syllaba dicitur: Da syllabam si-
ne uocali. Nulla est. Quot accidunt syllabæ? Qua-
tuor. Quæ? Tenor, spiritus, tempus, numerus. Te-
nor, est accentus, aut grauis, aut acutus, aut circū-
flexus, ut bona, dos, bo acuitur, nā deprimitur, siue
grauatur: dōs circumflectitur. Spirit^o aut asper est.
ut crux: aut lenis, ut lana. Temp^o, est prolationis
mensura. Longa syllaba habet tempora duo, bre-
uis unum, &c. Numer^o est quo syllaba constat, ut
ab una litera ad sex, ut A, ab, abs, mōs, frōs, stirps.
Aldus unicam septem literarum affert ex Vitru-
uio, quod est striglx. Quæ est regula de syllaba
ti? Quoties ti præponit in eadem dictione uoca-
li, profertur ut ci, ut gratia, tentatio, doctier.
Quot modis hoc uerū non est? Tribus. Quibus?
Præcedente x aut s, ut mistio uel mixtio, quæstio.
Differentia impediēte, ut litium à lis, uitium à
uitis, ut differant à nominatiuis, licium uicium.
Et cum dictio Græca fuerit aut Hebræa, ut tiara,
mantia, Mathias. Quid est dictio? etc. Dictioni quæ
accidunt? Duo. Figura & species. Quot modis di-
ctiones componuntur? Quatuor. Quibus? Ex
duobus integris, ut suburbanus, egoipse, adamo,
suburbane, persæpe, adamans. Ex duobus corru-
ptis, efficax, ab ex facio: Idē, ab Is & demum, qua-
si is iterum, efficio, efficaciter, efficiens. Ex inte-
gro & corrupto, aut syllabica adiectione, ut ine-
ptus,

ptus, egomet, perficio, inepte, perficiens. Quid est
syllabica adiectio? Syllaba cuius significatio in cō
positione tantumprehenditur, ut in pronomi-
ne hęc quatuor met, te, ce, pre: ut egomet, tute, hu-
iusce, suapte. Turnet non dicitur, sed tute, aut tute-
met, ut differat à uerbo. Ne dicas, magister met ne
scit, quia met soli pronomini datur. Ex corrupto
et integro, ut nugigerulus, à nugæ & gerulus: istic
ab iste & hic: alludo, aifabre, alludens. Aliquando
ex cōpluribus, ut imperterritus, egometipse ad-
obruo, inexpugnabiliter, adoperiēs. Figurę quot
sunt? Duę. Simplex & composita. Cur cum Pri-
sciano non ponis decompositam? Quia deriu-
atio rectius dicitur, quàm figura, ut magnanimi-
tas à magnanimus. Figura quid est? Simplicis à
composito discretio. Quoto modo componitur
respublica? Primo, quia ex duobus integris. Mu-
niceps secundo, quia ex duobus corruptis. Da in-
tegra, Munera capiens. Ineptus tertio modo com-
ponitur, &c.

Nomen quid est? Pars orationis cum
casu, corpus aut rem, proprie commu-
niterue significans. Quid est corpus?
Quicquid sentitur, ut lapis, aër. Quid
est res? Quicquid nullo sensu percipi-
tur, ut angelus, anima, uirtus. Vnde dicitur no-
men. Ab *ὄνομα*, id est, nomen, aut à nosco qa rem
notificat. Quotuplex est nomen? Duplex. Adie-
ctiuum et substantiuum. Vnde dicit substantiuū?
à substō, quia adiectiuo substat. Vnde dicit adie-
ctiuū? Ab adijciō, quia substantiuo adijct. Quot
modis

modis substantiuū declinat⁹. Duobus. Quibus⁹
Per unum genus, ut hic Pater, hæc mater, hic do-
minus, hæc domina. Per duo genera, ut hic & hæc
parens. Quot modis adiectiuū declinat⁹. Tribus.
Quibus⁹. Per unū finem, ut hic & hæc & hoc felix.
Per duos, ut hic et hæc fortis, & hoc forte. Per tres,
ut hic acer, hæc acris, hoc acre, bonus bona bonū.
Nomini quot accidunt⁹. Sex. Quæ⁹. Qualitas, com-
paratio &c. Cur Donat⁹ omittit personam⁹. Quia
accidens datur cum uariat⁹. Omne autem nomen
est tertiæ personæ, præter uocatiuos. Cur omittit
speciem⁹. Quia per figuram facile intelligitur.
Cur omittit declinationem⁹. Quia in casu intelli-
git⁹. Qualitas quid est⁹. Communis à proprio no-
mine distinctio. Iacob⁹ cuius qualitatis⁹. Propriæ.
Quomodo propriæ, cū sit multorū nomen, ut Ia-
cobi⁹; pariles⁹. Hoc non est in unica significatio-
ne. Sol, cuius qualitatis⁹. Appellatiuæ. Quid est ap-
pellatiuæ, cū sit unius nomen⁹. Effet multorū in u-
nica significatione, nisi res deessent. Sic Deus, Lu-
na. Quot sunt propriorū nominum species⁹. Qua-
tuor. Prænomen, nomen, cognomen, agnomen.
Prænomen, est quod differentiæ, aut amicitie cau-
sa nomini præponitur, ut Publius. Nomen est pro-
priæ uniuscuiusq; suū, ut Virgilius. Cognomen est
cognitionis nomē, ut Maro. Agnomen est quod
ab aliquo euentu imponitur, ut Torquatus. Pe-
rottus, Sulpitius, Aldus, ceterique Itali fermē in
suis rudimentis ponunt ex Priscia. uarias nominū
species: Eas si quis desideret, ex Sulpitio sic habe-
to, sin nolit, ad alia his omissis properato. Species
est

est qua cognoscitur primitiuū à deriuatiuo . Species nominum duæ sunt, primitiua & deriuatiua. Communes propriarū appellatiuorumq; species (ut censet Priscia.) hæ sunt : Corporale, quod corpus significat, ut lapis . Incorporale, quod incorporeum . Homonymum , quod una uoce diuersa significat, ut nepos . Synonymum , quod cum diuersum sit uoce, idem significat, ut ensis, gladi^o, micro . Appellatiuorum propriæ species sunt decem & octo . Adiectiuū est , quod adijcit proprijs uel appellatiuis, & significat laudem uel uituperationem , uel mediū, uel accidens unicuique .

Ad aliquid, nomen est quod sine intellectu illius ad quod dicitur , proferri non potest, ut pater filius . Quasi ad aliquid est, quod cum significet aliquid contrarium, aut adhærens, tamen non etiam illud significat ex quo accipit denominationem, ut dies, nox . Gentile, quod gentē significat, ut Grecus, Italus . Patriū, quod à patria sumitur, ut Romanus . Interrogatiuū, quod cum interrogatione profertur, ut qualis ? Infiniū, quod incertum quid significat, ut quis . Relatiuū, quod refert aliquid, ut alius . Collectiuū, qd in singulari multitudinem significat, ut popul^o . Diuidiuū, quod à duobus uel pluribus, ad singulos refert, aut ad plures in numero pari, ut uterq; bini, terni . Fictitiū est, quod à proprietate sonorū per imitationem fit, ut tintinnabulū . Generale, quod in species diuidi potest, ut animal . Speciale quod à genere diuiditur, ut homo . Ordinale, quod ordinem significat, ut primus . Numerale, quod numerū demonstrat, ut duo .

ut duo. Absolutum, quod per se plenu est, ut ratio.
Temporale est, quod tempus ostendit, ut mensis.
Locale, quod locu, aut spacium indicat, ut longin-
quus. Species deriuatiuoru sunt hæ: Patronymi-
cum, possessiuu, comparatiuu, superlatiuum, dimi-
nutiuu, demonstratiuu, uerbale, participiale, et ad-
uerbiale. Ex his quia reliqua suo loco dicemus,
nunc hæc nosse sit satis. Possessiuu est, quod cum
genitio principali significat aliquid ex his quæ
possidentur. Diminutiuu est, quod diminutionem
sui primitiui absolute demonstrat. Denomina-
tiuü est, generaliter omne quod à primitiuo no-
mine denominatur. Verbale, qd à uerbo, ut ama-
tor. Participiale, quod à participijs, ut amandus.

Aduerbiale, quod ab aduerbijs, ut crastinus.

Comparatio quid est? Rei ad rem collatio. Po-
sitiuus, quotæ declinationis? Semper secunde, aut
tertiæ, & in formينو prime, ut doct^o docta do-
ctum, fortis forte. Comparatiuus quotæ decli-
nationis? Semper tertie, communis generis sub
or, & neutri sub us, ut hic & hæc fortior, & hoc
forti^o. Superlatiuus quotæ declinationis? Semper
secunde, & prime, in mus, ma, mum: ut fortissim^o,
fortissima, fortissimum. Comparatiuus unde for-
matur? à genitio uel datiuo sui positiui in i, adie-
cta or, ut docti doctior, forti fortior. Superlatiu^o
unde formatur? à nominatiuo in er, adiecta rim^o,
ut piger, pigerrimus, pauper pauperrimus. Aut à
positiui genitio uel datiuo in i, adiecta i & sim^o,
ut docti c^octissimus, forti fortissimus.

nister sinisterior sinistimus.

Bon^o

Bonus melior optimus.

Malus peior pessimus.

Magnus maior maximus.

Paruus minor minimus.

Multus plurim^o, multa plurima, multum plus plurimum.

Munificus, munificentior munificentissimus.

Sic honorificus, Mirificus, Magnific^o, & similia à facio. Item.

Quæ faciunt cõparatiuũ aut superlatiuũ irregulariter: Hęc:

Maledicus, Beneuolus, &c.

Iuuenis iunior, sine superlatiuo.

Nequam nequior nequissimus.

Extra exterior extim^o uel extremus.

Citra ceterior citimus.

Ultra ulterior ultimus.

Prope propior proximus.

Dexter dexterior dextimus.

Matur^o ior maturrim^o, uel maturissim^o

Satur, ior, saturrimus, uel saturissim^o.

Verus ueterior ueterrimus.

Post posterior postremus.

Supra superior supremus.

Intra interior intimus.

Infra inferior infimus.

Ante anterior, sine superlatiuo. ut

Adolescens & senex, &c.

Facilis faciliior facilimus. Sic eunt

Agilis, gracilis, humilis, similis, docilis &c.

Hęc secundum uulgatiorem opinionem dicta sunt, de quibus acutius in libro quarto grammaticę no

cæ nostræ disputauimus.

COMPARATIONVM EXEMPLA.

Sanctus in masculino genere: Ntō hic sanct⁹,
sanctior sanctissimus. In feminino gñe: hæc
sancta, sanctior, sanctissima. In neutro gene-
re: hoc sanctum, sanctius, sanctissimum.

- Huius sancti sanctioris sanctissimi.
Gtō Huius sanctę, sanctioris, sanctissimę.
Huius sancti, sanctioris, sanctissimi.
Huic sancto, sanctiori, sanctissimo.
Dtō Huic sanctę, sanctiori, sanctissimę.
Huic sancto, sanctiori, sanctissimo.
Hūc sanctum, sanctiorem, sanctissimū.
Accō Hanc sanctam, sanctiorem, sanctissimā.
Hoc sanctum, sanctius, sanctissimum.
O sancte, sanctior, sanctissime.
Vtō O sancta, sanctior, sanctissima.
O sanctum, sanctius, sanctissimum.
Hoc scō, sanctiore uel ori, sanctissimo.
Ablō Hac scā, sanctiore uel ori, sanctissima.
Hoc scō, sanctiore uel ori, sanctissimo.
Ntō, Hi sancti, sanctiores, sanctissimi.
Et plu. Hę sanctę, sanctiores, sanctissime.
Hęc sancta, sanctiora, sanctissima.
Horꝝ sanctorꝝ, sanctiorꝝ, sanctissimorꝝ.
Gtō Harꝝ sanctarū, sanctiorꝝ, sanctissimarꝝ.
Horꝝ sanctorū, sanctiorꝝ, sanctissimorꝝ.
Dtō His sc̄is, sanctiorib⁹, sc̄issimis, in oī gñe.
Hos sanctos, sanctiores, sanctissimos.
Accō Has sanctas, sanctiores, sanctissimas.
Hęc sancta, sanctiora, sanctissima.

Voca

Vocatiuus est similis nominatiuus, & abltūs dtō.

Sic comparabis magnus maior maximus,
& cætera in us. Sed multus, comparatiuū in singu-
lar i non habet in masculino & fœminino genere.

NIger, In masculino genere, Ntō hic niger,
nigrior, nigerrimus: In fœminino gñe, hæc
nigra, nigrior, nigerrima: In neutro gñe,

Hoc nigrum, nigrius, nigerrimum.

Huius nigri, nigrioris, nigerrimi.

Gtō Huius nigrae, nigrioris, nigerrimae.

Huius nigri, nigrioris, nigerrimi.

Huic nigro, nigriori, nigerrimo.

Dtō Huic nigrae, nigriori, nigerrimae.

Huic nigro, nigriori, nigerrimo.

Hunc nigrum, nigriorem, nigerrimum.

Accō Hanc nigram, nigriorem, nigerrimam.

Hoc nigrum, nigrius, nigerrimum.

O niger, nigrior, nigerrime.

Vtō O nigra, nigrior, nigerrima.

O nigrum, nigrius, nigerrimum.

Hoc nigro, nigriore uel ori, nigerrimo.

Abltō Hac nigra, nigriore uel ori, nigerrima.

Hoc nigro, nigriore uel ori, nigerrimo.

Ntō Hi nigri, nigriores, nigerrimi.

Et plu. Hæc nigrae, nigriores nigerrimae.

Hæc nigra, nigriora, nigerrima.

Horū nigrorū, nigriorū, nigerrimorū.

Gtō Harū nigrarū, nigriorū, nigerrimarū.

Horū nigrorū, nigriorū, nigerrimorū.

Dtō His nigris, nigrioribus, rimis, in oī gñe.

Hos nigros, nigriores, nigerrimos.

C **Accō**

Accō Has nigras, nigriores, nigerrimas.
Hæc nigra, nigriora, nigerrima.
Vocatiuus similis est nominatiuo, & ab
latius datiuo.

Sic eunt Pulcher, Ater, Macer, Tener, Miser, &c.

Dulcis, In masculino genere: Nominatiuo
hic dulcis, dulcior, dulcissimus: In fœmini-
no genere, hæc dulcis, dulcior, dulcissima:
In neutro genere, hoc dulce, dulcius, dulcissimum:
Huius dulcis, dulcioris, dulcissimi.

Ntō Huius dulcis, dulcioris, dulcissimæ.
Huius dulcis, dulcioris, dulcissimi.

Dtō Huic dulci, dulciore, dulcissimæ.
Huic dulci, dulciore, dulcissimo.

Accō Hanc dulcem, dulciorem, dulcissimam.

Hoc dulce, dulcius, dulcissimum.
O dulcis, dulcior, dulcissime.

Vtō O dulcis, dulcior, dulcissima.
O dulce, dulcius, dulcissimum.

Hoc dulci, dulciore, uel ori dulcissimo.

Abltō Hac dulci, dulciore, uel ori dulcissima.
Hoc dulci, dulciore, uel ori dulcissimo.

Ntō Hi dulces, dulciores, dulcissimi.

Et plu. Hæ dulces, dulciores, dulcissimæ.
Hæc dulcia, dulciora, dulcissima.

Horꝝ dulcium, dulciorum, dulcissimorꝝ.

Gtō Harꝝ dulcium, dulciorꝝ, dulcissimarum.

Horꝝ dulcium, dulciorum, dulcissimorꝝ.

Dtō His dulcibus, dulcioribus, dulcissimis, in
omni

omni genere.

Hos dulces, dulciores, dulcissimos.

Accō Has dulces, dulciores, dulcissimas.

Hæc dulcia, dulciora, dulcissima.

Vocatiuus similis est ntō, & ablatiuus datiuo.

Sic eunt fortis, suavis, mitis, & similia.

Felix, In masculino genere: Nominatiuo hic
felix, felicior, felicissimus: In forminino gene-
re, hæc felix, felicior, felicissima: In neutro ge-
nere, hoc felix, felicius, felicissimum.

Huius felicitis, felicioris, felicissimi.

Gtō Huius felicitis, felicioris, felicissime.

Huius felicitis, felicioris, felicissimi.

Huic felici, feliciori, felicissimo.

Dtō Huic felici, feliciori, felicissimæ.

Huic felici, feliciori, felicissimo.

Hunc felicem, feliciorē, felicissimum.

Accō Hanc felicem, feliciorē, felicissimam.

Hoc felix, felicius, felicissimum.

O felix, felicior, felicissime.

Vtō O felix, felicior, felicissima.

O felix, felicius, felicissimum.

Hoc felice, uel felici felice uel feliciori
felicissimo.

Abtō Hac felice uel ci, ciorē uel ori, felicissimæ.

Hoc felice uel ci, ciorē uel ori, felicissimo.

Et plu. Ntō Hi felices, feliciores, felicissimi.

Hæc felices, feliciores, felicissimæ.

Hæc felicia, feliciora, felicissima.

Horū felicitium, feliciorū, felicissimorū.

Gtō Harū felicitium, feliciorū, felicissimarū.

Horꝝ felicium, feliciorꝝ, felicissimorꝝ.
Drō His felicibus, felicioribus, felicissimis, in
omni genere.

Hos felices, feliciores, felicissimos.
Accō Has felices, feliciores, felicissimas.
Hæc felicia, feliciora, felicissima.

Vtꝝ similis est nominatiuo, & ablatiuus datiuo.

Sic eunt misericors, prudens, solers, audax, &c.
Genus quid est? Sexus discretio, & masculini à ce-
teris distinctio. Genera nominū q̄t sunt? Septem.
Quæ? Masculinum &c. Cur Donatus solum qua-
tuor ponit? Quia commune cædit in commune
duūm, q̄d uulgo commune nūcupat: & commune
triū, q̄d omne dicitur: & subcōe, id est epicœnum
Dubiu sēp masculinū, aut fœmininū, aut neutru
est: & ita Donatus sufficienter gr̄a enūerat. Nu-
merus quid est? Dictionis forma q̄ discretionē quan-
titatis facere potest. Roma in plurali caret. Cur?
Quia oīa ppria ut ppria sunt, carent plurali, nisi
sint tm̄ pluralia, ut Athenæ. Cur dicis ut propria
sunt? Quia ppria pro multis eiusdem noīs, propri-
orꝝ naturam perdūt, ut Iacobi, Scipiones, &c.

Casus quid est? Declinationis gradus, & sunt
sex. Nominatiuus, qui & rectus. Genitiuus, qui &
patrius, & possessiuus. Datiu⁹, qui & commenda-
tiuus. Accusatiuus, qui & causatiuus. Vocatiuus,
qui & saluatoriuus. Ablatiuus, qui & comparatiu⁹
& Latinus dicit. Quot sunt recti? Duo: Nominati-
uus, & uocatiuus. Quot sunt obliqui? Quatuor.
Genitiuus, datiuus, accusatiuus, ablatiuus.

Declinatio quid est? Dictionis per casus in fine
uaria

uariatio. Vnus, quotę declinationis? Nullius in no-
mine. Cur? Quia habet secundam declinationem
pronominis, ut unus, una, unum, unius uni. Quot
sunt talia? Nouem. Quę? Vnus, ullus, uter, nullus,
solus, alter, totus, alius & quis. Quot istorum ha-
bent uocatiuum? Tria. Quę? Totus, solus, & un^o.
Declina magister per regulas Donati. Non disci-
mus, quia declinatiōum regulas ex alio libro com-
modius discemus.

Pronomē quid est? Pars orationis quę
pro nomine posita tantundem pene si-
gnificat, personamq; interdū recipit.
Vnde dicitur pronomen: à pro & no-
men, quia pro nomine ponitur, ne nōis
iteratio fastidium pariat. Quot sunt pronomina?
Quindecim. Quę? Ego, tu, sui, ille, ipse, iste, hic, is,
meus, tuus, suus, noster uester, nostras uestras.
Cur omittis quis, talis, qualis, à Donato inter pro-
nomina numerata? Quia quis, qualis, talis, teste
Prisciano, nomina sunt, non pronomina, licet cum
multis alijs aliter doceat Donatus. Cur ita?
Quia proprium est nominis certam significare per-
sonam, licet Donatus dicat, personamq; interdum
recipit, & loco proprij nominis poni, hoc istis non
conuenit, ergo nomina sunt, non pronōia. Ideo
etiā qualitas omittitur, quia nulla pronōia sunt
infinita. Ergo in pronomine non est genus cōmu-
ne duū, qđ Donatus posuerat, ppter talis, qualis.
Nam nostras, uestras omnis generis sunt: quia le-
gimus nostratia uerba & c.

Quot pronomina habent uocatiuos? Quatuor

C

iiij

Quę?

Quæ? Tu, meus, noster, nostras. Quotuplex est
pronomen? Quintuplex. Quomodo? Demonstrati-
uum, relatiuum, possessiuum, gentile, & reciprocum.

Meus, quale pronomen? possessiuum. Quare?
Quia per ipsum possideri aliquid significamus.

Quot sunt pronomina possessiua? Quinq;. Quæ?
Meus, tuus, suus, noster, uester. Quod est nomē
his simile? Cuius cuius cuium, ut cuius est penna?
Nostras, quale pronomen? Gentile & patrium.
Quare? Quia per ipsum gentem patriamq; indi-
camus, ut nostras, id est nostrę gentis uel patrię.

Quot sunt pronomina gentilia? Duo. Quæ?
Nostras & uestras. Quod est nomē his simile?
Cuius, ut Cuius es? Romanus & c. Sui quale pro-
nomen? Reciprocum. Quare? Quia sui significa-
tionem in se reflectit, ut inuidus sibi nocet, se le-
dit. Quot sunt pronomina reciproca? Duo. Quæ?
Sui & suus. Declina nostras: Nominatiuo hic &
hęc & hoc nostras, Genitiuo huius nostratis, Dō
huic nostrati, Accusatiuo hunc & hanc nostratem
& hoc nostras. Vocatiuo ō nostras, Ablatiuo ab
hoc & ab hac & ab hoc nostrate uel nostrati. Et
pluraliter. Nominatiuo hi & hęc nostrates, & no-
stratia. Genitiuo horū & harum & horū nostra-
tium, Datiuo his nostratibus. Accusatiuo hos &
has nostrates, & hęc nostratia. Vtō ō nostrates,
& ō nostratia, Ablatiuo ab his nostratibus. Eodē
modo declinatur Vestras. Cur nostras & uestras
præter morem pronominum sumūt in declinatio-
ne articulos? Quia habent tertiam declinationem
nominum. Cur meus, tuus, suus, noster, uester,
non

non sumūt articulos, cum habeant secundam de-
clinationem nominum? Quia adiectiua sunt. Iam
doctissimi asserunt adiectiua secundæ declinatio-
nis carere articulis, ut bonus bona bonum.

Declina Idem. Nominatiuo Idem eadem idem.
Genitiuo eiusdem, Datiuo eidem, Accusatiuo eun-
dem eandem idem, Ablatiuo ab eodem eadem eo-
dem. Et pluraliter, iisdem uel eidem eadem eadē,
Genitiuo eorūdem eorūdem eorūdem. Drō eisdē
uel iisdem, Accusatiuo eosdē easdem eadem, Ab-
latiui eisdem uel iisdem.

Verbum quid est? Pars orationis cū
tēpore & persona, sine casu, aut age-
re aliquid, aut pati, aut neutrum si-
gnificans. Vnde dicitur uerbum? à
uerbero, quia aërem uerberat cum
profertur. Amandi quæ pars orationis? Ver-
bū. Amandi significat cū casu, quomō igit̃ est uer-
bum? Cum casu q̃dem significat, sed absq; genere
masculino, feminino, aut neutro: Iam intellige si-
ne casu cui genus accidit. Amandi, cuius tempo-
ris, & quæ personæ? Ex declinatione noscitur, ut
amandi te gratia uenio, id est, ut amem, hic præ-
sentis temporis est, primæ personæ. Et ita respon-
detur de omni gerundio & supino. Quid est ge-
rundium? Verbum in di do dum, significationem
eius à quo descendit, gerens, ut legendi legendo le-
gendum. Quid est supinum? Coniugationis finis,
in um, uel in u desinens, ut lectum lectu. Oportet
quale uerbum? Impersonale actiue uocis, & con-
iugatur sic: Indicatiuo modo tempore præsentis,

Oportet. Præterito imperfecto, Oportebat. Præterito perfecto, Oportuit. Præterito plusquamperfecto, Oportuerat. Futuro oportebit. Imperatiuo tempore præsentis, Oporteat. Optatiuo utinã, Oporteret, Oportuisset, Oporteat. Coniunctiuo, cū Oporteat, Oporteret, Oportuerit, Oportuisset, Oportuerit. Infinitiuo oportere, Oportuisse. Futuro caret. Sic eunt, Pœnitet, decet, & plura. Da impersonalia actiuæ uocis: Refert, interest, est, quæ tria quemuis genitiuum cupiunt, præter primitiuos, Mei, tui, sui, nostri, uestri, nostrum, uestrum. Pro quibus interest & refert, cupiunt ablatiuos, Mea, tua, sua, nostra, uestra: Et, est, nominatiuos Meum tuum, suum, nostrum, uestrum, ut magistri interest diligenter docere, discipuli refert strennue discere, nõ tua interest mea carpere si quid peccem, meum est te castigare, non tuum est hoc scire.

Accidit, euenit, contingit, fitq;, placetq;.

Et libet, atq; licet, liquet, expedit, adde doletq;.

Succedit, constat, præstat, restatq;, uacatq;.

Sufficit, & conducit, auet uerbū atq; datiuū. Ut libet mihi abire, præstat mihi egere q̄ iniuste ditari.

Pœnitet, & tædet, miseretq;, pigetq;, pudetq;.

Quartos cum patrijs infinitiue requirunt.

Vt pœnitet me peccati, aut pœnitet me peccasse. Quartum uult decet, atque iuuat, delectat oportet. Ut me delectat studere, non decet te irasci. Omnia dicta ferè interdum personalia, ut domum tuam decet sanctitudo, &c. Impersonalium passiuæ uocis coniugatio liquet ex Donato, ut amatur, docetur, &c. Verbo quot accidunt;

dunt? Septem. Qualitas coniugatio &c. aut octo
si pro qualitate, modum, formamq; ponas.

Modus qd est? Diuersa inclinatio animi, uari-
os eius affectus indicans. Modi q̄t sunt? Quinque.
Qui? Indicatiuus &c. Quare omittis modum im-
personalem, quem ponit Donatus? Quia cum uer-
bum impersonale modos habeat ut personale, iu-
re ab alijs inter modos non locatur. Imperati-
uus etiam deprecatiuis dicitur, quia per ipsum a-
liqd precamur, ut, Miserere mei deus. Quæ sunt o-
ptatiui notæ? Vtinam, osi, ut q̄, & si qua sunt ad-
uerbia optandi, alia. Da exemplum de ut. Ouidius
de Diana: Oraç retro Flexit, & ut uellet prom-
ptas habuisse sagittas. Da exemplum de q̄, Nero
apud Suetoniũ: Quam uellem nescire literas. Da
optandi exemplum sine nota. Alphis Ouidiana,
Vellem nulla forem. Coniunctiuus uocatur etiam
subiunctiuus, quia ipsi alterum uerbum subiungi-
tur. Quæ sunt notæ coniunctiui? Si, dum, cum, quin
& nisi &c. Forma quid est? Verbi species.

Lectito unde formatur. Patebit ex alio libro.

Coniugatio quid est? Verbi declinatio. Coniuga-
tiones uerborũ q̄t sunt? Quatuor. Cur ergo Do-
natus solũ ponit tres? Tertia Donati cedit in terti-
am breuem, & tertiam longã, quã q̄rtam dicim⁹.
Prima quæ est? Non discimus, quia breuius & fa-
cilius per à ante re & cætera cognoscimus, licet
Donatus recte doceat. Sum cuius coniugationis
aut generis? Nullius. Quare? Quia est penitus a-
nomalum, nec in o nec in or desinens. Cur est ano-
malum? Quia irregulariter coniugatur, ut edo es

C V est,

est, fero, uolo, quæ tria sunt tertiæ coniugationis, quia dicim⁹ edunt, ferunt, uolūt, ut legunt. Sū autē est penit⁹ irregulare. Quotuplex est præteritū? Triplex. Imperfectū, qđ rem inceptam fuisse non dū perfectam significat, ut legebā. Perfectū, quod rem perfecte actam significat, ut legi. Plusquamperfectum, quod rem diutile præterisse significat, ut legeram. Amabam unde formatur? Ab amas secunda persona præsentis indicatiui, dempta s & addita bam, aut bar, ut amabam amabar, à doces, docebam docebar. Sed in tertia & quarta, etiam mutatur i in e, ut legis lege legebam, legebar, audiebam audiebar. Amaui unde formatur? In præterito perfecto non est formationis generalis regula. Amaueram unde formatur? à præterito perfecto, amaui uersa i in e, fit amaue, addita ram, fit amaueram: rim, amauerim: ro, amauiero. Amaui, addita s & sem, fit amauiissem: s & se, fit amauiisse. Quot tempora fiunt à præterito perfecto indicatiui? Quinque secundum terminationem. Quæ? Ram sem rim ro se. Da uersus.

Præteritum uerbi de se dat tempora quædam. Ram sem rim ro se formabit, cætera præsens. In passiuâ uoce hæc tempora sumuntur ex participio & uerbo sum, ut lectus eram uel fueram: Amauerim potest ne esse optatiui modi? Potest certe, quia Diomedes præteritum perfectū optatiui in rim ponit, ut utinam amauerim, & id uerū esse auctoritate ostēdit Prisciani. Vergili⁹ Aeneidos sexto: Hac Troiana tenus fuerit fortuna secuta, id est, utinam fuerit. Lucanus lib. primo: Cōdi-

tor artis, Finxerit ista Tages, id est, utinam Tages
uir ille finxerit ista . Amabo unde formatur? A
secunda persona presentis indicatiui singularis,
abiecta s, & addita bo, aut in passiuo bor, ut amas
amabo amabor, doceo docebo docebor &c. In
prima & secunda coniugatione . Legebam unde
format? a prima positione uerbi uersa in o in am,
& in passiuo in ar, ut lego legam legar, ab audio
audiam audiar. Sic cetera in tertia & quarta coniu-
gationibus, pteribo, quibo, & antique audibo, scri-
bo &c. Ama unde formatur? A secunda persona pre-
sentis indicatiui adiecta s, ut amas ama, doces do-
ce, audis audi etc. in prima secunda, et quarta. In ter-
tia mutat i in e, ut legis lege. In passiuo additur re,
ut amare, legere &c. Vnde formatur tertia perso-
na presentis imperatiui? A prima positione, uersa o in
et uel ent, in prima coniugatione. In alijs uersa o
in at uel ant, ut amo amet ament, doceo doceat do-
ceant &c. In passiuo additur ur, ut ametur amen-
tur. Prima persona pluralis imperatiui presentis & fu-
turi, fit ex tertia persona presentis abiecta t & addita
mus, ut amet amem: In passiuo mus in mur uerti-
tur, ut amemur &c. Amate unum format? A tertia p-
sona presentis indicatiui amat, adiecta e, sic a docet do-
cete, a legit legite, Ab audit audite. In passiuo pro-
te dicitur mini, ut amamini. Amato unde format?
A tertia persona amat, addita o, et in passiuo or ut
amator. Ita a docet, doceto, docetor: a legit, legi-
to, legitor: ab audit audito, auditor. Amatote un-
de formatur? Ab amato, addita te, ut doceto
docetote &c. In passiuo tote uertitur in minor,

ut amaminor. Amanto unde formatur? Ab a-
 mant, addita o, & in passiuo or, ut amantor. Sic
 à docent docento etc. Amantote fit ab amantō
 addita te syllaba. Amarem unde formatur? A se-
 cūda psona indicatiui amas, ablata s & addita rē,
 aut in passiuo rer. Sic à doces docerem docerer, ab
 audis audirē audirer. Sed in tertia i uertitur in e,
 ut legis legerem. Hæc uox est in pñti optatiui, &
 in præterito imperfecto coniūctiui. Amem unde
 formatur? Ab amo uerso o in um, & in passiuo in
 er, ut amer in futuro optatiui & pñti coniūctiui
 primæ coniugationis. In alijs o uertitur in am &
 in ar, ut legam legar. Amare unde formatur? à se-
 cūda persona præsentis, abiecta s, & addita re: ut
 ab ama, amare. Sic à doces docere, ab audis audi-
 re. In tertia uertitur i in e, ut à legis legere. In passi-
 uo re uertitur in ri, ut amari, nisi in tertia, ubi ab-
 iecta re, uertitur e in i ut legere legi &c.

ADuerbiū quid est? Pars orationis que
 adiecta uerbo, significatiōem eius ex-
 planat atq; implet. Aliquando etiam
 mutat aut minuit, ut fortiter fecit, nō
 ibo, parum comest. Vnde dicitur ad-
 aduerbium? Ab ad, id est, iuxta & uerbum, quia iu-
 xta uerbum ponitur, ut declarat eius significatio-
 nē. Vnde deriuantur aduerbia? à nomine ut docte
 fortiter. Sed audacter potius quàm audaciter di-
 citur, & difficulter non difficiliter, facile non faci-
 liter. Ab adiectiuis tertiæ in ter, ut à comis comi-
 ter. Hæc sepe obseruantur, non semper à nomine
 substantiuo, ut uicatim, hostiatim, oppidatim, uiri-
 tim,

tim, id est, de uiro ad uirum & cætera. à pronomi-
 ne, ut huc. à uerbo, ut sensim à sentio, tractim à tra-
 ho. à nomine & uerbo, ut pedetentim, à pes & ten-
 to. à præpositione, ut intro &c. Ponuntur item no-
 mina pro aduerbijs, ut sole recens orto, id est, recẽ-
 ter: toruum intonat, pro torue &c.

Quot sunt interrogatiua locorum? Sex præ-
 cipua. Quæ?

Quò,	ad quem locum.
Qua,	per quem locum.
Vbi, id est,	in quo loco.
Vnde,	de quo loco.
Quorsum	quem locum uersus:
Quousq;	q̄ longe, Usq; ad quẽ locũ.

Quæ aduerbia respondentur ad quo? Huc, illuc,
 istuc, eò, aliquò, aliò, foras, intrò, usquã, nusquã, si-
 quò, nequò, &c. Quæ respondentur ad qua? Hac,
 illac, istac, ea, alia, siqua, neq; &c. Quæ respondentur
 ad ubi? Hic, illic, istic, ibi, ibidem, alicubi, alibi, uel
 aliubi, intus, foris, passim, usquam, nusquam, ubiq;
 sicubi &c. Quæ respondentur ad unde? Hinc, il-
 linc, istinc, alicunde, intus, foris, necunde, sicunde,
 superne, inferne &c. Quæ respondentur ad quor-
 sum? Horsum, illorsum, istorsum, antorsum, retror-
 sum, dextrorsum, sinistrorsum, leuorsum, sursum,
 deorsum &c. Quæ respondentur ad quousque?
 Hucusq;, illucusq; &c.

Participium quid est? Pars oratiõis, par-
 tem capiens nominis, partemq; uerbi.
 Vnde dicitur participium? à partẽ ca-
 piendo. Quot sunt tempora in partici-
 pio?

pio⁹ Tria. Quæ: Præsens, præteritum et futurum.
Ans & ens sunt præsentis & præteriti imperfecti
temporis. Tus, sus, xus, & uus, præteriti perfecti
& plusq̄perfecti temporis. Dus & rus, futuri tem-
poris. Præsens unde formatur: à præterito imper-
fecto indicatiui uersa bam uel bar in us, ut amabam
amans, lætabar lætans, legebam legens &c.

Excipiuntur iens quiens, ab ibam & quibam.
Præteritum unde formatur: à supino in u, addita
s, ut à lectu lectus. Futurum unde formatur: In
rus fit à supino in u, addita rus, ut lectu lecturus.
In dus fit g^o præsentis, uersa tis in dus, ut amans
amantis, fit amandus. Quomō declarat participiū
in uernacula lingua: Præsens sic: Amans, lieffheb-
bende (aymant) Præteritum sic: Amat⁹, lieffgehat
(ayme): Futurū in rus sic: Amaturus, die sal wer-
den lieffhebbende (qui aymera) per relatiuū qui,
quæ, quod, & uerbū eiusdem temporis. In dus sic:
Amandus, die sal werdē lieffgehat (qui sera ayme
&c.) Quot sunt terminatiōes participiorū: Octo.
Quæ: Ans, ens, tus, sus, xus, uus, rus, dus. Quot mo-
dis pticipium fit nomen: Quatuor. Quibus: Mu-
tatiōe regiminis, ut amās uini. Neq; cū dicit, amo
uini, sed uinū. Cōparatione, ut amās cū facit amāti-
or comparatiuū. Cōpositione, ubi non ita cōponi-
tur uerbū, ut innocens indoct⁹. Neq; enim inno-
ceo, aut indoceo dicitur. Amissione temporis, ut
amandus, pro dignus amari. &c.

Coniunctio quid est? Pars orationis, anne-
ctens ordinansq̄ sententiam. Vnde dicit
coniunctio: à coniungendo, quia cæteras
par-

partes in oratione coniungit. Que, qualis coniunctio? Enclitica siue inclinatiua. Quare? Quia præcedentem syllabam extollens, ipsa inclinatur. Quot sunt coniunctiones encliticæ? Tres. Que? quæ, ue, ne, ut dixitq; communiter ue, sentisne.



Præpositio quid est? Pars orationis &c. Vnde dicitur præpositio? A præponendo, quia præponitur cæteris partibus in oratione. Præpositio quot modis in oratione locat? Duobus. Quibus? Per compositionem, quando est pars dictionis compositæ figuræ, ut adamo. Per appositionem, quando non est pars dictionis compositæ figuræ, ut ad patrem. Da præpositiones acti casus: Ad apud &c. Quomodo dicimus enim, ad patrem, apud uillam, ante ædes, aduersum uel aduersus inimicos, cis Rhenu, citra forum, circiter annos, circum uicinos, circa templum, contra hostes, erga propinquos, extra terminos, inter naues, intra mœnia, infra tectum, iuxta macellum, ob augurium, per parietem, penes arbitros, pone tribunal, post tergum, præter officium, prope fenestram, propter disciplinam, secundum fores, secus uiam, supra cælum, trans ripam, ultra fines, usque oceanum, Vticam uersus. Da præpositiones ablatiui casus: A, ab, abs, etc. Quomodo dicimus enim, A domo, ab homine, abs quolibet, cum exercitu, coram testibus, clam custodibus, de foro, è iure, ex præfectura, pro clientibus, præ timore, palam omnibus, sine labore, absque iniuria, tenus pube, quod nos dicimus pube tenus: Procul dubio, procul urbe. Da præpositiones
utri-

utriusq; casus: In sub super et subter. Quando accu-
 satiuo casui seruiunt? Dum motum ad locū signifi-
 camus, ut eo in templū, curro sub antrum, cado su-
 per aquas, ingredior subter Iodidem. Quando ab-
 latiuo seruiunt? Dum quietē, aut in loco motū si-
 gnificam⁹, ut sum in cubiculo, iaceo sub sponda, se-
 deo sup uiridi frōde, dormio subter Iodice. In pro-
 ter aut paulo ante, ueluti crudelis in hostem, Pius
 in patrem. Sub noctem dixere uale. Super, pro de
 abltō gaudet, ut super hac re plura tibi aliās. Clam
 utriusq; fuit casus, ut procul. Sed finem facio, quia
 in Singulari plene docebimini.

INteriectio quid est? Pars orationis signifi-
 cans mentis affectum uoce incognita. Vñ
 dicitur interiectio? Ab interijctor, id est in-
 terponor: Nam alijs partibus orationis in-
 terijcitur, seriem orationis rumpens. Signi-
 ficationes interiectionū quot sunt? Penē innume-
 ræ, ut gaudētis, dolentis &c. Da gaudētis, ut euax,
 oh, ô. Da dolentis, ut heu, hei, ô, ah. Da admirātis,
 ut pape, ô. Da expauescentis, ut atat, hei, ah. Da de-
 ridentis, aha, ehe, ahu, phi. Da satiati, ut ohe. Da ex-
 clamantis, ut pro, ô, ah. Da irascentis, ut nefas, ma-
 lum, nefandum, pro nefas, ô. Da laudantis, ut eu-
 ge. Da uitantis, ut apage. Da ridentis, ut ha ha he.
 Da reprehendentis, ut atat. Da filētis, ut au, si. Da
 minantis, ut ueh. Eadē interiectio sæpe est diuer-
 sarū significationū. Quō, malum, nefas, infandum,
 quę nomina sunt, fiunt interiectiones. Nam q̄cqd
 animus interijcit, quo detractō contextus manet
 inte-

integer, fit interiectio. Virg. in 1. Aeneid. Nauib⁹
(infandum) amissis unius ob iram, Prodimur. Or
do enim erat: Nos, prodimur amissis nauibus ob irā
unius Iunonis, sed cum exclamationem interijcit
infandum, quasi dicat, pro scelus indignum.

Quæstiuncularum Despauterij, de octo ora
tiōis partibus cū Latinitatis regulis, Finis.

EIVSDEM DESPAUTERII DE
pœnitentia quæstiunculæ puerulis
non inutiles.

POENitentia quid est? Peccati cōmissi
cum intima cordis contritione, & fir
mo amplius non peccādi proposito,
emendatio. Quis est pœnitentiæ esse
ctus? Pœnitētia angelos lētificat, im
pios iustificat, amissa bona reuocat, & ad uitā æ
ternam inuitat. Quot sunt recte pœnitētī necessa
ria? Quinq;. Quæ? Veniæ spes, cordis cōtritio, cul
pæ confessio, eorum quæ sacerdos fieri iussit cōple
tio, peccati fuga. Quō uitatur peccatū? Peccā
tionem cauendo, utpote uoluptatē, ludos, fē
stacula, prauū sodalem, & id genus reliqua. Cui
nihil dimittitur? Qui neq; dimittit alijs, neq; abla
ta pro uiribus restituit. Quī id probas? Nā in do
minica oratiōe dicit: Dimitte nobis debita nostra,
sicut & nos dimittim⁹ debitoribus nostris. Et Di
uus Augustin⁹ ait: Non dimittit peccatū, nisi resti
tuatur ablatū. Ergo qbuscunq; malefecim⁹ uerbo
uel opere, pro parte uirili satisfaciamus, & quicqd
odij in quēuis concepimus, eradicemus, ut confes
sio nostra sit deo accepta. Quid est confessio? Con
fessio

sessio est corā sacerdote idoneo, uel in extrema ne-
cessitate coram quouis, peccatorū declaratio. Qua-
lem decet esse confessionem? Veram, de proprijs
peccatis, integram, citam, frequētem, firmam, mo-
destam, uoluntariam, apertam, cum moderatiōe,
ut planē intelligatur, cunque sufficienti contritio-
ne, ita ut hominem talia fecisse multum pœnitear,
cum firmo amplius non peccandi, & deinceps pœ-
nitentiam agendi proposito. Quid confiteri uo-
lenti agendū est? Ante omnia in cubiculo aut cel-
lula, uel alio secessu, saepe & multum secum cogi-
tet. Vbi, quomodo, quando, cum quibus, & quoti-
es, & quā enormiter peccauerit, an locutione, an
consensu, an uoluntate, an opere. Quid boni omi-
serit, qđ factum oportuit. Nec satis putet, si menti-
tum fuisse fateat, sed qua in re, quid mali attulerit
mendacium, explicet. Nec solū dicat, peccauī in gu-
la, sed addat quantum, an ebrius fuerit, an uomue-
rit &c. Idēq; ubi, & quoties &c. Vbi autē quis secum
orē, uel diligentē discusserit, & pœnsiculauerit, tum de
manū cum magna reuerentia, non tanq̄ fabulam
recitatur⁹ adeat sacerdotem, & facto signo sanctę
crucis, dicat: Benedicite. Deinde post pauca uerba
sacerdotis, ita pergat:

Confiteor deo cœli, & beatę Marię uirgini,
& omnibus sanctis dei & tibi pater, quia ab
hora q̄ peccare potui, in p̄sentē diem, pecca-
ui nimis cogitatione, locutione, & opere, mea cul-
pa, mea maxima culpa. Hic incipiat dicere quō pec-
cauerit: Primū, cogitatione. Deinde, locutione. Po-
stremo opere et omissione. Opere in peccatis mor-
tali-

talibus, in peccatis contra spm̄ sctm̄ etc. Omissioe,
in mandatis, in operibus misericordie, & cetera, q̄
omnia paucis mox aperiam. Vbi autem quacun-
que nouerit confitēs, sacerdoti declarauerit, dicat:
Quocunq; modo ego miserrimus peccator in his
omnibus peccauerim, dicam meam culpam, & ro-
go à deo ueniam, et precor beatissimā uirginē Ma-
riam cum oibus sctis, & te pater ut ores p̄ me do-
minum Iesum Christū peccatorū meorū ueniā: si
plura occurrerēt, libenter cōfiterer. A te aut̄ pater
mi suppliciter peto, ut à peccatis me absoluas, & sa-
cro sanctæ ecclesiæ me restituas. Quid est pctm̄?
Præcepti diuini inobedientia. Quid est delictū? Est
boni quod fieri oportuit omissio. Sed differentia
peccati et delicti plerunq; cōfunditur. Quotuplex
est peccatū? Triplex. Quomodo? Originale à pro-
toplasto, qd̄ baptisate deletur. Veniale, quod ue-
niā non caret, & iam sine confessione. Mortale,
quod sine confessione & p̄nitentia, ad æternam
mortem ducit.

Quot sunt peccata mortalia. Septem. Quæ?

Superbia, Ira, Inuidia, Gula,
Luxuria, Accidia, Auaritia.

Quæ sunt peccata in spiritum sanctum?

Pertinax agnitæ ueritatis impugnatio,
Præsumptio, qd̄ deus misericors est peccatis.

Veniæ à deo impetrandæ desperatio.

In malis obstinatio,

Proximi uirtutis odium & inuidentia,

Pœnitentiæ contemptus,

Quæ sunt peccata aliena? Ad mala patrandā

D

ij

Iussio,

Iussio, Irritatio, Consensus, Consiliū,
Laudatio, Permissio,
Confugium, Participatio.

Quot sunt peccata coram deo uindictā poscētia,
aut clamātia? Homicidium, Peccatum
Sodomiticum, uel contra naturam. Pauperū op-
pressio, Mercedis detentio.

Quæ sunt circumstantiæ, peccata aggravātes?
Ordo, Locus, Scientia, Tempus,
Actas, Cōditio, Numerus, Mora
Causa, Dignitas, Copia, Modus,
Pufilla resistantia.

Quot sunt fidei articuli? Duodecim: Qui: In
apostolorum symbolū hunc in modū locātur:
Petrus: Credo in deum patrem omnipotentē
creatorem cœli & terre, Andreas:

Et in Iesum Christum filium eius unicū dominū
nostrum. Iacobus maior:

Qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex Ma-
ria uirgine. Ioannes:

Passus sub Pōtio pilato, crucifix⁹ mortuus & sepul-
tus. Thomas: Descendit ad inferna tertia die resur-
rexit à mortuis. Iacobus minor:

Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram dei patris
omnipotentis. Philippus.

Inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos.
Bartholomæus:

Credo in spiritum sanctum. Matthæus:

Sanctam ecclesiā catholicam sanctorū cōmunionē
Simon:

Remissionem peccatorum. Iudas Thadæus
Carnis

Carnis resurrectionem.

Mathias:

Vitam æternam, Amen.

Quot sunt ecclesiæ præcepta? Quinq;. Quæ?
Festis audire sacrificium, quam missam uocant,
Semel ut minimum unoquoq; anno confiteri.
Sacram eucharistiam reuerenter paschate sumere.
Festa publica celebrare,
Ieiunia quatuor temporum cū uigilijs & quadra
gesima diligenter obseruare.

Quot sunt sacramenta? Septem. Quæ?

Coniugium. Sacrosancta eucharistia,
Sacerdotium. Confessio.
Baptismus, Postrema unctio. Confirmatio.
Quot sunt dona spiritus sancti? Septem. Quæ?
Sapientia. Fortitudo. Scientia. Pietas.
Intellectus. Timor domini. Consilium.

Quot sunt opa misericordiæ spūalia? Septē. Quæ?
Peccantem corrigere. Iniurias ferre.
Dubitanti recte consulere. Delinquenti ignoscere.
Ignorantem docere. Pro salute proximi orare.
Mortuum consolari.

Quot sunt corporalia misericordiæ opa? Septem
Quæ? Aegrotos uisitare. Peregrinum hospitari.
Aegrum necessarijs donare. Mortuum sepelire,
Captiuum redimere, Nudum uestire, & ut sum
matim dicam, Cunctis miseris subuenire
pro uiribus & compati.

Quot sunt beatitudines? Octo. Quæ cōtinent pul
chre in his dei nri Iesu Chri uerbis mellitissimis.
Bti pauperes spū, qm ipsorum est regnum celorū.
Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.

D iij Beati

Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.
 Btī q̄ esuriunt et sitiūt iustitiā, qm̄ ipsi saturabunt̄.
 Btī misericordes, qm̄ ipsi misericordiā cōsequent̄.
 Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebūt.
 Beati pacifici, quoniam ipsi dei filij uocabuntur.
 Beati qui persecutionem patiūtur p̄pter iustitiā,
 quoniam ipsorum est regnum cœlor̄.

Quot sunt uirtutes cardinales? Quatuor. Quæ?
 Iustitia, Prudentia, Fortitudo, Temperantia.

Quot sunt uirtutes theologicae? Tres. Quæ?
 Fides, Spes, Charitas.

Quot sunt sensus? Quinq; Qui?
 Visus, Auditus, Olfactus, Gustus, Tactus.

Quot sunt antiquæ legis præcepta?
 Decem. Quæ his Aldi uersibus
 declarantur elegantissime:

Mente deum tota uenerare, & semper adora.
 Non iures frustra sanctissima numina diuin̄.
 Hinc caueas festis quicquam exercere diebus,
 Qd̄ uetitū est: Magno pi^o affice honore parētes.
 Non occide hominem: Nunq̄ furare: Malignus
 Esse caue testis: Nec non bonus effuge lectum
 Concutere alterius, tædās fœdare iugales,
 Non modo ne turpis sis lege iuberis adulter,
 Sed ne nupta quidem alterius tibi mente petatur.
 Cuncta aliena, bonus quo sis, cupiisse caueto.

Hæc quicunq; decē summi præcepta tonantis,
 Christicola ut debet seruarit, carcere liber
 Corporis, ad cœli felicia tecta uolabit
 Latus, & æternum cariturus morte quietet.

FINIS

(*)

ΚΑΣΙΓΝΗΤΑΙ, ΤΕ ΒΛΘΡΩΝ

ΠΛΟΥΤΟΥ, ΧΡΥΣΕΑΙ ΠΑΙΔΕΣ ΕΥΘΕΣΜΙΤΟΣ.



ΠΟΛΙΩΝ ΔΕΒΛΗΣ ΔΡΚΑ, ΚΑΙ ΟΜΟΤΡΟ-

ΜΟΣ ΕΙΡΑΝΑ, ΤΑΜΙΑΙ ΑΝΔΡΑΕΙ

